



L VII 194



210/53

57-100

D. M. S.  
U R N A S,  
easq;

*non aureas, non argenteas, non aeneas, non mar-  
moreas, non fictiles, sed papyraceas,*

C I N E R I B U S

ad

R O G U M

MATRONÆ HONESTISSIMÆ,

S I B Y L L Æ

P O H L I Æ,

V I D U Æ A L B E R T I N Æ,

posteaquam placidissimè de vitâ hac

*d. V. Jan. matutinis horis*

decessisset,

ANNO cIo Ioc LXXII.

D. X. JAN.

*rogati ponunt*

G Y M N A S I I G O R L I C .

M A G I S T R I .

---

G O R L I C I I

S T A N N O Z I P P E R I .

DN 9046 094



## Sonnet.

An:

### Die sämptliche Leid-tragende Vornehme Albertische Freundschaft.

**S**o folget Leid auff Freud! Wann sichs nach Wolges  
fallen  
Des Menschen alles schickt/ und es wird hell und gut  
Nach trüben Sonnen-Schein/ ergeußt sich heisse Blut  
Bald wieder durch die Luft mit tausend Feuer-Pallen:  
Wald kan der Zitter-Mund vor Gott nicht recht mehr lallen:  
In der Besorgligkeit/ was ist das Wetter thut/  
Wann Wind die Welt erpölet/ und Blis erschreckt die Flut:  
Wann Berge furchtsam macht das starcke Donner-Knallen.  
So gehts/ Betrübte/ Euch: Ihr wurdet sehr erfreut/  
Als Euch hell wieder schien die Sonne nach dem Leid/  
Welchs ob dem schnellen Tod des besten Freunds Ihr truget!  
Nun aber fället gleich ein neues Trauern ein/  
Wie vormahls auch geschah/ in künfftigen Hochzeit-Schein/  
Und machet/ daß ohn Leid nie keine Freud Euch fuget.

Christian Funcke/  
Rector.

Ad

Ad beatè denatam *Matronam.*

**D***Eponis fragilem* brumali fidere *vitam,*  
*Gloria* fœminei, famaꝝ *rara, Chori:*  
*Et nece festinâ sequeris defuncta* Maritum,  
*Dulce decus quondam, præsidiumq; tuum:*  
*Scilicet aeterni latissima tempora Veris*  
*Unâ ut in astrimico climate Cœles agas:*  
*In quo nulla urunt viduæ Te frigora vitæ:*  
*Sed felix JESU spiritus igne calet.*  
*Ergo beatificam penito Tibi pectore sortem*  
*Grator, quæ in JESU vivis ovasq; Tuo.*

Προσφώνησις

M. ABRAHAMI VECHNERI.

---

MNHMEION.

**M**ATRONALIS. HONOS. JUBAR. EXEM-  
PLUMQUE. CORONÆ.  
HOC. JACET. ALBERTI. CAJA. SIBYLLA.  
LOCO.  
QUÆ. VIVA. UT. VIVO. CAJO. CONSTAN-  
TER. ADHÆSIT.  
MORTUA. DEFUNCTO. SIC. SOCIATA.  
FUIT.

A 2

IN.

IN. MUNDO. POST QUAM. FATIS. A DEO. USA:  
BENIGNIS.

TERGEMINO. UT. FIERET. NOMINE.  
CLARA. SOCRUS.

TRES. ET ENIM. NACTA. EST. GENEROS. VIR-  
TUTE. POLITOS.

NATÆ. UT. ERANT. CULTÆ. MORIBUS.  
ÆRE. GRAVES.

FELIX. ANTE. OBITUM. QUÆ. SOCRUS. NA-  
CTA. PROBATOS.

TOT. GENEROS. VITA. MULTIJUGA.  
ARTE. FIDE.

FELIX. ANTE. OBITUM. QUÆ. MATER. PI-  
GNORA. LECTI.

SPLENDIDA. SIC. VIDIT. MORIBUS. AT-  
QUE. BONIS.

*SUPREMO HONORI  
MATRONÆ HONESTISSIMÆ  
LITATURUS*

*ΕΚ ΤΟΥ ΠΑΡΑΧΡΗΜΑ  
L. M. Q. F.*

MARTINUS RICHTERUS.

In

In placidissimum Obitum pientissimæ  
Matronæ.

**I**ndomita mortis fit præda Sibylla, Sibylla,  
Cumæa Vatis, vivere digna dies.  
Endopedire pedes Fati pietasq̄, fidesq̄,  
Si posset, vel mens pluribus aucta bonis:  
Secula vixisset vel nostra Sibylla Sibylla,  
Vel forsân Pylîi tempora longa Senis.  
Quid verò prodest nobis mortalibus agris  
Vivere Cumæos, Nestoriosq̄ dies?  
Nomine req̄ solet mors improba Pamphagus esse:  
Grandævos etiam devorat illa Senes.  
Fallor? an hoc anno prima est hæc Fœmina, tristis  
Gensibus adjecit quam Libitina suis?  
Jam Strenam pro more novam dat amicus amico:  
Cum roseus tentat Sol renovare gradus.  
Ille loco Strenæ cœlum, Thasiumq̄ bonorum  
Jam dat Defunctæ, qui dare cuncta potest.  
Cœlica Strena satis crenâ laudabitur unquam  
Nullius: confert hanc DEUS ipse piis.  
Felix, cui talis confertur in ætheris arce  
Strena, vel Attalicis anteferenda bonis!

In doloris lenimentum  
scribebat

ANTONIUS Schmidt.

A 3

Ma-

*Mater Filiam alloquitur orbam  
Virginem.*

**C**ur atris mea sic funera vestibus  
Defles, Nata, tuas quid lacrymis genas  
Deformare juvat? Reddi ego abhorreo  
Terris, aula mihi gratior est DEI.  
Mœroris (fateor) sat gravis est tibi  
Causa oblata novi: dirus enim dolor  
In corde hæret adhuc, quem tibi mortui  
Mors Patris prius, heu! conciliaverat.  
Duplex nunc obitum tristitia ob meum  
Mentem discruciat sævius anxiam:  
Nam quis non doleat, lugeat, & gemat,  
Quem fors tot pariter cladibus obruit?  
Præfens attamen est in mediis DEUS,  
Solaturq; suos propitius malis:  
Ærumnas tibi sic mitigat is graves  
Afflictamq; iterum surrigit & beat.  
Nutu ejus tibi, proh! mors rapit invida  
Me, Patremq; prius sustulit optimum.  
Ast pro Patre Pater summus erit DEUS,  
Atq; ansam dabit hic lætitiæ novam.  
Haud nos ulterius plangito mortuos:  
Juncti namq; choris Angelicis DEUM

Co-



Coràm perpetuò cernimus, illius  
Nomen laudibus & tollimus inclytum.  
Lætum, crede mihi, tempus erit citò,  
Quò nobis pariter juncta & in arduo  
Cœlorum capies lætitiã throno.  
Jam planxiffe fat est: plangere desine!

C. M.

---

**N**on mala mors, certò sequitur quam cœlica vita;  
Id quod testatum **NOSTRA SIBYLLA** facit.  
Ergò quid Natae, Generi quid funera planctu  
Afficitus? **MATER** degit in arce **DEI!**  
Tempus adest, rursùm quo (jo!) jungemini amantes  
Æternùm. **AD VITAM MORS modò STRA-**  
**TA VIA est.**

MATTHÆUS SEYLERUS.

---

**A**Nno, Christe, novo, nova me in Palatia duxti:  
Scilicet in cœlum, sunt ubi cuncta nova.  
Inde novã fruor in cœlesti sede salute,  
Delicium Psyche sentit & ipsa novum.  
Aure novos cantus, nova gaudia sentio, jamq̃;  
Me novus in cœlo Sponsus Jesus amat.  
Justitiãq̃; novã me donat Jova coronã,  
Inq̃; novã vivo nunc sine fine domo.

Gra-

Gratulor ergo novos tibi nunc de pectore honores,  
Foemina, quæ digna es perpete laude cani.

THEOPHILUS VECHNERUS.

---

*Sol Resurrectionis Symbolum apud Persas,*  
cum Lemmate: ORIETUR.

Täglich nimmt zwar seinen Lauff Phaëthon von uns nach Westen/  
Senckt zur sanfften Abend;Ruh sich in Thetis Armen ein:  
Doch er wachet wieder auff/ bricht der öden Welt zum besten/  
Wenn ihn Eos angemeldet / dort von Osten stralend rein.  
So das Licht des Lebens geht bey uns Menschen zwar wohl unter:  
Doch/ was schadts? Es kömmt ein Tag / der uns weckt und  
machet munter.

GREGORIUS Schöne.

---

Sd eilt die liebe Frau auch fort zum Port des Lebens/  
Auff den so offte sie hat gehoffet nicht vergebens.  
D wol und aber wol! Was hier an Freud gefehlt/  
Wird dort durch Gottes Hand Ihr häufig zugezehlt.  
Ihr Liebster gieng vorhin / daß er Ihr möchte zeigen  
Die rechte Himmels;Fahrt/ wo lauter Engel steigen  
Mit Seelen auff und ab. Wer wolt ein solches End  
Sich heute wünschen nicht/ daß es mög seyn benennt?

Alexander Vogel/  
Coll. IX.





Oberlausitzische Bibl. Görlitz



1006931 8